

habuistis, scilicet in barrio de ferraria, et in barrio sancti Michaelis, et a porta de currali monachorum usque ad portam ecclesie, et in barrio sancti Michael juxta palacium regis, et de domibus novis: in barrio de ponte, et juxta portam curralis: domum ruderici, et domum garsie muniz, et de suso: domum johannis sancii, et domum bernardi que est ante molendinum sancte Marie. Et hoc facio: ut ab hac die: Omnes domus iste sint libere et absolute ab omni voce regia, ut nullus homo inquietet vos sicut inquietare solebant pro domibus istis, sed habeatis eas liberas et quietas, sicut alius honor beate Marie est. Et hoc meum factum semper sit firmum. Si vero in posterum aliquis ex meo vel alieno genere hoc meum factum rumpere voluerit: sit a deo maledictus, excommunicatus, et cum juda proditore domini in inferno dampnatus, et insuper pectet regie parti decem milia morabotinos, Facta carta in Najara, II.º nonas februarii. ERA M.ª C.ª LXXX.ª VIII.ª quando Rex Sancius filius imperatoris duxit in uxorem filiam regis garsie. Et eodem anno quo imperator pugnavit cum illis muzmutis super cordubam, et devicit eos. Imperante ipso Adefonso imperatore in toleto, et legione, in gallecia, et castella, in Naiara, et saragocia, et becia, el Almaria. Comes barchiloniz tunc temporis vasallus imperatoris, Sancius Rex navarre tunc temporis vasallus imperatoris. *Subscripciones*: Ego Adefonsus imperator hanc cartam quam fieri jussi propria manu mea roboro et confirmo. *Signatura*: Signum imperatoris. *Primera columna*: Sancius Rex filius imperatoris conf. Comes poncius majordomus imperatoris conf. Comes Lupus conf. Lup lupiz de carrion conf. Pontius de Minerva conf. Nunius petriz alferiz imperatoris conf. *Segunda columna*: Dominus Rudericus Naiarensis episcopus conf. Dominus johannes secobiensis episcopus conf. Guter fernandiz conf. Martinus muniuz dascalona conf. Petrus exemeniz tenens ugrunium conf. Domna Maiore conf.

## D. VI

*Crismon.* In nomine domini nostri ihesu xristi amen. Decet regiam potestatem aliquem sibi bene et fideliter servientem donis remunerare, et de bonis possessionibus in dominium et usum deo servientium, intuitu pietatis et misericordie transferre. Qua-propter ego Adefonsus dei gratia Rex castelle et extremature: jure hereditario, in perpetuum do pro animabus patris et matris mee, nec non et parentum meorum, et pro salu-

te anime mee, villam quam vocant ambrosero, ecclesie beate Marie de Naiera, et ecclesie sancte Marie de portu, et vobisdomno Raimundo camerario, et monachis ibi deo servientibus tam presentibus quam futuris, do inquam supradictam villam, cum terris, cultis: et incultis, cum pratis, et pascuis, cum molendinis, et piscariis, cum fontibus, et montibus, cum ingressibus et regressibus, ut habeatis et possideatis, vos et successores vestri, in perpetuum: quantum ibi habeo vel habere debeo, ut faciatis de illa villa: quicquid vobis placuerit, supignorando vel concambiano, et hoc facio libenti animo, ac spontanea voluntate, pro anima matris mee, cujus corpus requiescit in ecclesia beate Marie de Naiera, et pro bono servitio quod mihi fecistis et et facitis, et est supradicta villa in asturiis: juxta villam que dicitur barcena, et hoc meum factum semper sit firmus, et hoc facio cum consilio et voluntate domni Lupi comitis, et domni albari petriz. Siquis vero de mea progenie vel de extranea hoc meum factum temptare voluerit: sit a deo maledictus et excommunicatus, et cum juda domini traditore: in inferno dampnatus, et sicut dathan et abiron quos vivos terra absorbit, apud inferos demergatur, et insuper pectet in coto, regie parti: M libras auri purissimi, et quod invaserit: in dupplum restituat, in tali et simili loco. Facta carta, II.<sup>o</sup> Nonas augusti. ERA M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup> Regnante Rege Adefonso in castella et in Naiera, et in Asturiis. Et ego Rex Adefonsus, qui hanc cartam fieri jussi: manu propria roboro et confirmo. *Signatura*: Signum Regis Aldefonsi. *A la derecha*: Petrus garciez maiordomuns curie regis confirmat. *A la izquierda*: Rodericus gundissalvez armiger Regis conf. *Subscripciones*: *Primera columna*: Johannes toletanus archiepiscopus et hispaniarum primas conf. Petrus burgensis episcopus conf. Sancius avilensis episcopus conf. Rodericus calagurrensis episcopus conf. Johannes oxomensis episcopus conf. Raimundus palentinus episcopus conf. *Segunda columna*: Comes Lupus conf. Comes Nunius conf. Albarus petriz conf. Gomez Gonzalvez conf. Gundissalvus roderici conf. Gomez garciez conf. *Final*: Raimundus Cancellarius Regis scripsit hanc cartam.

#### D. VII

Es el mismo que el documento III, salvo algunas pequeñas diferencias:

La palabra SERVIENTIBUS se encuentra después de *ibidem deo*, no después de BENEDICTI.